



Palatín Juraj Thurzo

Leges Ven. Contubernii Tömör.

Nos Comes Georgius Thurzo de Bettem
Falva Regni Hungariae Palatinus Iudex Cu-
manorum, nec non de Arva perpetuus, ejusdemq;
Comitatus supremus, ac perpetuus Comes, Serenis-
simi Principis ac Domini, Dni Mathias, 11^{di} Dei
Gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae
&c. Regis Designati in Regem Bohemiae, Archiducis
Austriae, Ducis Burgundiae, Marchionis Moraviae Comitis
Tyrolis &c. Consiliarius, et per Hungariam locum tenens.
Memoria comendamus tenore presentium significantes
quibus expedit univrsis. Quod requisivimus debita cum
instantia, per Reverendos, ac Clarissimos Viros, Dn^{os}
Georgium Fabricium Pastorem Alnoviensem Seniores,
et Petrum Sextum Pastorem Csetneri, Con-Seniores
D^o Ministrorum in totum Tömör comorantium, nec non
per M. Leonhardum Martini Ravnoban^{er} Ecclesiae Pastorem
Inforum ac totius Contubernii D^o Ministrorum, ejusdem
Cottis Tömöriensis Aug^o Confessionem amplectentem,
Nominibus et in personis: quatenus Nos Leges, seu
Articulos Contubernii, ipsorum scriptos nobis, in
speciali libello exhibitos, et presentatos, authorita-
te nostra Palatina, approbare, notificare, & confir-
mare dignaremur: quatenus quidem & Articulus per
omnia tenor talis erit.

Primus

Primus Ordo.

1. Ecclesia carens Ministro, vfa confilio quorundam Pa-
storum vicinorum, & Maxime Dni Senioris, vel pro-
ximii Consenioris, aliquem bonae Spei Virum, ad con-
cionem, probo habendam invitare debet.
2. Eruditus Vir ab aliquo coetu ad concionem probo ha-
bendam invitatus, a Seniore proprio, vel Seniore
ipso permiffione, proba in loco templi sibi conveniente
conerietur, & sermonis sui, quatenus possibile est, quos-
dam ex Pastoribus, a Seniore vel Con-Seniore petitis
propriis aysultatores habeat. Scius fauers rejicietur.
3. Qui facta proba a Paroecianis loci vocanti, idoneus
conferatur, non Mox totaliter suscipiatur, sed per quos-
dam Paroecianos Seniore fistatur, ubi de vita Mori-
bus, quietate eruditione, ordinaone & professione eius
exploatio fiat. Et legantur p. 1. Tim. 3. §. si quis habet
quorum Conversationis testimonia, Ac sic deinceps fit, cum
Paroecianis convenire, de redditibus Ecclae, adjuncto uno,
vel altero fratre, qui oia diligenter assignabunt.
4. Dignus habitus Ministerio, & nondum initiatus, proba,
cui ordinibus cum litteris Comendatoriis, a tota Frater-
nitate per Seniore expediat, ut legitime vocati
& sponte currenti clarum discrimen appareat.
5. Ab Ordinatione reversus litteras comendati sibi Mini-
sterii Seniori exhibeat, ibique relinquat, nec Sacramenta
priusquam More consueto, ad Ecclesiam introducatur, admi-
nistret, ibique conventio de redditibus denuo repetatur.

6. Novus Eccl^{ie} Minister, dum habetur, generalis Syno^{di} duo honorifice petat se recipi in Alman hanc Frater-
nitatem vbi subscripto Nomine suo, & promissa Obedien-
tia pro incorporatione indeise unum flos Hung^{ar} in
actam Fraternitatis deponat.
7. Nemo ab Ecclesia, ad quam Vocatus fuit veniente de-
cedat, sed ob gratitudinem declarandam ad Minima
unum Annum exeat, etiam si a Parochianis eunti pro
ordinibus nullum viaticum datum fuerit, nisi ex con-
sensu, et voluntate Auditorum. honeste dimittatur.
8. Ut alius alium supplantet, aut fraude se in Parochiam
ingerat, ut haec in hac pia Fraternitate non fuit
audita, ita impropterea sub poena ejectionis pro-
hibetur. esto. Fratrum bene Meritorum promotionem,
omnes adjuvabunt.
9. Proveniens aliunde Minister, afferat testimonium: di-
cedens hinc petat testimonium, pro quo deponat
Florenus unum Hung^{ar}.
10. Diaconi a Pastoribus suis Consensu Auditorum vo-
cantur, et in Eccl^{ia} offentibus Auditoribus pro Concione
prohibentur. Suscepti fideliter officio suo praesint. Pa-
storibus suis piam obedientiam praestent, ab iisq; quideant,
contenti antiquitus ordinatis stipendiis, eosdem coram
plebeis non diffament, sed potius comendent bene.
Et si quis a Pastoribus injuriam acceperint, non coram
Plebeis, neque coram Magistratu Politico: sed coram Se-
nate & Fraternitate exponant.

11/12/13

Novus Ordo.
De Doctrina et Sacramentis

1. Omnes Fratres in Nostra Fraternitate de partes Con-
fessionis sint prout Augustanus, doctrinam Non
lingant Novam, Sed eam proponant Auditoribus
Suis, quos Apostolicis, et Propheticiis scriptis fundat
et tribus Symbolis, Apostolicis Niceno, Athanasiano
continetur. Senus docentes, neque recipientes, neq;
ferrentur.
2. Quilibet Ministrorum habeat & revolvat Sacra
Biblia. Corpus Doctrinae Philip Meland. Cate-
chesin Lutheri Minorem, alijsq; probatos Authores
et Patres.
3. In concionando nemo suum ostentare debet inge-
nium, coram simplicibus, nec moveat quaestiones
inutiles et non necessarias, ubi vero contingit offensa
eximiorum virorum ad eos se accomodare potest.
4. Lectiones Evangeliorum, et Epistolarum Dominicalium, et
Festorum recitentur, quod captus Auditorum bene con-
veniant; tempore Quadragesimali fideliter tractentur
Catechesis cum Inventute, et fiant Examina diebus
Dominicis, idem fiat.
5. Nihil pendi sunt infantes in Templo excepto casu ne-
cessitatis, nec propter convivium, aut Corporales aliunde
adhibendos, Nihilimus in alterum, vel tertium diem, cum
periculo differatur, sine salubritate, et permissione pa-
storis.

6. Sacramentum Baptismi quilibet Pastor pie et devote administrare, iuxta formam a Christo scriptam, adhibitis suis precibus, omnis ceremonie superstitiosae et abrogatae.
7. Baptisimum in Templo honeste et munde conferretur, et ad fontem Baptismi, nullus simulatus Pastor, sub Compater accedat; pollutis Manibus, sceleribus, blasphemis, perjuris, & qui Catechismum discere nolunt, a Baptismo arceantur.
8. Admonitio fiat ad susceptores, ut filios suos sepe admonerent, quomodo facti in Baptismo per universam vitam memores esse debeant.
9. Si alicui Pater natus fuerit, Pater ipse personaliter et non Obsecratrix, aut Vetula, ab Ecclesiae Ministro, Pater ipsius querat. Similiter & Congratres, & Conmatries ipse Pater invitet, absente peregre Patre, faciat id Conjanguineus, vel Vicinus.
10. Ut in Ecclesia omnia decenter & ordinate fiant, obsecratoribus administrare Sacramentum Baptismi, sicut & alii omnibus extra officium constitutis prohibetur. Ista. 1. Tim. 2. 1 Cor. 14. Marc. 16. 17.
11. Sedulus Pastor sepe Auditores suos moneat, ut ad Confessionem, deinde ad Sacram Synaxin accedant, neque ad ultimum usque habitum vitae poenitentiam differant. Quia Augustinus dicit: Poenitentiam Levitiam, raro esse bonam et veram. Seram, raro esse veram.

12. In verbis Coenae Domini, nos sequemur Jo. P. 950
 seu Simplician Sententiam, ipsorum Verborum *Accipi*
 de Vera & Reali Praesentia, et exhibitione veri Cor-
 poris & Sanguinis eius, dignis & indignis.
13. Coenae Administratio fiat iuxta institutionem Christi
 adhibitis capitatis elementis, pane & vino, panis argenteus,
 non communis privilegetur.
14. Missa sine Communicantibus nec celebretur, nec admini-
 stratione Sacramentorum alia, quam vulgari lingua
 Sacerdos utatur, eaque clara & distincte, ut omnes
 audire & intelligere possint. Nec supra caput ele-
 vetur panis, Canon Missae, intermitatur, Praefatio
 ubi potest canatur.

III^{us} Ordo.

De Ceremoniis & Ritibus

1. Pastor aliunde in Ecclesiam, ad quam Vocatus est,
 veniens non debet laudabiles & suas Ceremonias,
 ante ibidem observatas, sed eas retineat. Si vero
 aliquid necessario Mutandum esset, id non Arbitrio
 privato, sed cum Consensu Senioris & Ecclesiae faciat.
2. In peragendis Sacris, utatur Sacerdos Vestibus Eccl-
 easticis, tam in Sacramentorum Administratione, quam
 in Concionibus habendis, & nemo eas abiciat.
3. Consecrationes semel abolitae, quales fuerunt cereae
 Standelarum, Pernarum &c. in Ecclesiis Nostrae Frater-
 nitatis amplius, non introducantur.

4. Superstitiosa Festa & Idololatrica fictitiorum
Sanctorum abrogentur. Recepta autem ad Ecclesij Ve.
purgatis in nostra Fraternitate pie & equaliter
obique observentur. De his vero est constitutus certus
cathalogus.
5. Introductiones Puerperarum ad minimus in quatuor
septimanis, idque non superstitiose observentur, et
mortui non introducuntur, sed vivi, admonentur,
ut agnoscant beneficium Dei, eiq; gratias agant,
et infantes pie educare studeant. Convivia Puerpe-
rarum, ubi non abrogari possunt, tamen Moderate fiant.
6. Tempore Quadragesimali, Regimus Prophanas Can-
tiones. Salve Regina &c. Pro qua ante exercitium Ca-
tedris cantetur. Salve Rex Christe &c. vel latina
propter Scholasticos, vel vernacula lingua
7. In Enceniis, diebus Dominicis, et Festivis, nihil ve-
datur, nec cibus Nec potus, vel alia, donec
Sacra in Templo peracta fuerint. Contra facientes puniuntur
8. In Vespertinis precibus Psalmi pie & tractim de-
cantentur. Hymni Autem, et grote de intercessione
Sanctorum, non cantantur, nisi emendati.
9. Sepultura Mortuorum sit honesta. Funera proximorum
Companarum goulpu, & cantilenis deducantur, cum hu-
nesta pompa. Quae omnia sunt Recordatio & Typus
tuae, Arcubugeli, & Resurrectionis Mortuorum. Stetus
imoderati, vel potius ululatus circa fenus vitentur
1. Theosal. 4.

W^lus Ordo.

De Scholis & Rectoribus earum.

1. Juxta Templum habeatur Aedificium Scholæ, propter Inventionem erudiendam, quæ est præcipua et prior pars Ecclesiæ.
2. Vbi est Pastor Ecclesiæ, et Aedificium Scholæ, ibi alatur Rector. seu præceptor puerorum ex de-putatis. Proventibus, quos nemo alius, ad se pertrahere debet.
3. Rector Scholæ a Pastore principaliter discipietur a quo dum idoneus censetur, postea populo comendetur. Substituit autem Rector Scholæ, Pastori suo, cum ipse tum Collegæ & auditores ipsius, cui Reuerentiæ & obedientiæ debitam publice & priuati exhibeat, neque eum coram Plebeis ipsam adulando diffamet.
4. Quia Scholæ sunt adminicula Ministerij, Rectores in primis dent Operam, ut pueros habeant, quos in litteris pietate & Moribus diligenter informant. Deinde Chori Ecclesiasticis diligenter præsent, huiusque Pastoribus, in alijs rebus subserviant. Quæ autem Pastorum sunt propria officia, ut Baptesma ad-ministrare, et alia, ab eis totaliter abstinerebunt.
5. Non exerceat Rector Scholæ, Cauponam, aut Mercaturam, nec conpotationibus indulgeat, neque Nocturnis temporibus discurrat.

6. Rector Scholæ, alicui injuriam faciens, accusetur non coram Iudice, sed Pastore suo, quantum fieri potest, in quatuor redigat. Sin Rector Scholæ obedire nolit accusetur coram Seniore.
7. Ut honeste venit, honeste ita discedat, Rector, non ex levitate commotus aliqua, sed suo termino completo.
8. Immorigeri, Vebelles, Ines, Potatores, et Scholæ dedecorantes expellantur pro Merito. Pios vero & utiles tanquam Membra sua promovebit Fraternitas Regia.
9. Rectores vocati in Synodum congregateant.

Huius Ordo.
De Matrimonio & Nuptiis

1. Matrimonium liberi contrahant cum Parentum voluntate & Consensu. Ut autem Parentes liberos nequaquam Vexere vel cogere debeant ad ingrata conjugia, ita nec debent legitima Conjugia impedire, nisi adsint causæ graves & probabiles. Candestina autem sponsalia, absque Piorum Parentum consensu prohibita sunt.
2. Virgini Nubere, intra Annus decimus Quintus, & Juveni intra Annus Vigessimus primus, sit prohibita, quia Conjugio iusta ætas requiritur.
3. Gradus Consanguinitatis in quantum fieri potest vitentur. Cohubia autem intra quartum gradum inclusive prohibeantur, tam in Consanguinitate, quam in Affinitate.

4. Novi Conjuges, ante Solemnitatem Nuptiarum, de More in duabus Septimanis proclamantur, propter Ores et errores vitandos. Veniant et ad Confessionem in Octiduo postea, in qua examinentur graviusquam Coena Intica participant.
5. Cognitio ante promulgationem fieri non debet, nec earum Nocturnis temporibus, sed horis respectinarum precum peragatur.
6. Concubitus illiciti ante Nuptias facti, a Magistratu utroque puniantur publice, ut caetera timore habeant, pietasq; cum honestate & castitate servetur. Nuptiae in Quadragesima Non celebrentur neque in Adventu.
7. Adulteri, Sordidatores, desertores, & alii scelerati, si non a Politico Statu, seu Magistratu ducius puniantur non ferantur in vicinioribus & propter talia scelera alibi ejectos, nemo in hac Fraternitate suscipiat.

VI. Ordo.

De Vita Doctorum & Auditorum

Quilibet Frater sit intentus in Vicinum suum & si deprehenderit eum peccare, aliquid fraterne intra se et ipsum admoneat, ut resipiscat nec eum diffamet, Coenam Plebis, sit & quilibet intentus in semet ipsum ne alios doceat, & ipse reprobus fiat, sed typus fidelium. Evitet levitates offendicula, lupum foliorum, testarum, pyramidum; ebrietatem / Eph. 5.

2. Pastores sua Vocationis officia facientes, non se admisceant alienis, nec exerceant Mercaturas alienam Vecturas Cauponam nec in Tabernis, comotationibus indulgendo, plebeis se nimis familiariter reddant.
3. Nemo Ministrorum falce in alienam Messen mittat, baptizando, Copulando, introducendo, sponsas vel Puerperas. Sed si quid fieri proteret fiat cum legitimi Pastoris permissione.
4. Die Epiphania Pastores cum ~~Suce~~ non circumceant, quando quidem est Superstitiosum. Pastores autem cum suis Auditoribus agere debent, ut id quod debent, absq; his Ceremoniis persolvant. Ideo fiat prolectione Ymoris die Parasceves.
5. Pastor Eccl^e Gregem suam absq; Senioris consensu deserere non debet, quamvis legitime docetur.
6. Auditores quoq; non habeant potestatem amovendi Pastorem Eccl^e ob quasvis leves causas. Verum si doctrina, aut mores sui improbat, deprehendantur Seniori significantur, & sufficientes remotionis causae in Synodo afferantur. Si qui vero temerario ausu Pastorem extulerint, nulli alii in locum ejus succedere concedatur, nisi digne respuerint & cum Fraternitate in gratiam redierint. Potius autem Auditores Pastores suos in honore habeant & offerant obedientiam in omnibus, quae Ministerium concernunt. Matth 10. Qui vos audit, me audit Hebr. 13. Obedite praepositis vestris

7. Diebus Sabbati omiffis computationibus, & clamoribus nocturnis Auditores se ad cultum Divinum appareant. Execrationes, dices, et omnia maledicta interdicantur. Inobedientes puniantur a Magistratu Seculari, car., cere, plagis mulctati a Spirituali verbo.
8. Nemo Pastor suo publice in Concione respondeat, arguenti nec eum diffamet. Reum autem coram Seniore et non Magistratu Politico accuset, qui non facile quærellam in Pastorem admittat. 1. Tim. 5.
9. In die Pentecostes, Reges creare, homines in itineribus sistere, et alia inconcinnâ prohibita sint.
10. Reditus Ecclesiastici antiquitus in sustentationem Ministrorum ordinati, fideliter præcipi debent, et non obiecti, sed Meliora relinquunt Pastoribus suis. Proverb. 3. De primitiis honora Dominum. Auditores quoque spontaneum sacrificium, absq. superstitiosis ritibus offerre debent. Hilarem enim datorem diligit Deus. Mat. Cap. 9.
11. Proventus etiam non debeat in minus ab ipsis Pastoribus redigi, ne fures bonorum Ecclesiasticorum, et depredatores suorum Successorum habeantur, sub Poena remotionis.
12. Quilibet sit loco sua Parochie contentus et non in, seruiat alienæ vacanti, neque cum Parochianis, vacantis Ecclesie conveniat, nisi Senioris & Fraternitatis venia accepta.
13. In locum discedentis nemo succedat, donec prior honeste et plenarie satisfactor fuerit, alioquin Vocatio nihil valebit. Coloni. citati ad Congregationem veniant, sub. mulcta 12. Floz.

VH. Ordo

De VII. Ordo. Magistrate.

1. Senior celebraturus Generalis Congregationem duabus VII^{manis} ante per litteras Curiales promulgare debet, capita Actionum s. si utile videbitur, assignat, strenue & pro officio mandet, ut quisq; compareat. Si quis autem contumaciter exierit, mulcabitur: & Flor. Hungl.
2. Litteras Convocatorias, nemo diu detineat, sed assignato tempore celeriter ad Vicinum suum transferendas curet.
3. Tempore Convocationis, unusquisq; Pastorum dicta hora adfit, sub poena unius Flor. Hungl.
4. Quilibet Fratrum bis in Anno deponat in Orarium Fraternitatis 12. S.
5. Omnes Solutiones & Multae pro Festo Sancti Georgij persolvantur plenarie.
6. Si Pastor quippiam offenderit, non accusetur seculari in Magistratu, sed ad Seniores deferatur. Si vero Plebeius pastor fuerit injuriosus, gravis coram Judice sui loci accusetur, ut pro offensis Pastori satisfiat. Sin Minus, res ad Seniores deferatur.
7. Oramus Dnos Terrestres, ne sibi vendicent aliquam potestatem in Pastores. tandiu, donec recte doceant ac recte vivunt. Si quid vero habent contra eos, significent Senioi.
8. Quae proveniunt per Annum, qualicunq; ratione ferentur iuxta configurationem, apud fideles manus Senioi. Si quid exprophet nomine Fraternitatis, debet rationem reddere exacto Anno, circa diem S. Georgij. Vbi etiam
cabi

exhibebit ea omnia, quae in publica cista sibi
sunt concedita.

9. Quolibet Anno circiter Georgij Festini Senioris suum
resignare debet officium, et Fratribus sit libera
potestas consueto ordine creandi alium.

Nos itaque praemissa ante laetorum Dominorum
Ministorum petitione tanquam iusta & legitima
generose admissa, easdem Leges & Articulos,
de verbo ad verbum, sine diminutione, &
augmento aliquali praesentibus Litteris No-
stris inferi facientes, eisdem et eadem au-
thoritate Nostra Palatinali qua pleno jure
in Regno hoc Hungariae fungimur, app-
robandas, ratificandas, & confirmandas
esse duximus. Imo approbamus, ratifi-
camus. Harum Nostrarum Vigore & testi-
monio Litterarum mediarum. Datum in libera
Regiaq; Civitate Cassoviensi Decima die
mensis Julij Anno Domini. Millefimo Sexcen-
tesimo decimo

Comes Georgius
Festinus
